



L 332, 8.

II 705.

OPIZII FOCOSERII,  
Juris Utriusque Licentiati & Practici  
Veronensis,

II C  
1866 a

DISSERTATIO JURIDICA,  
DE  
**EO, QUOD JUSTUM  
EST CIRCA SPIRITUS FA-  
MILIARES FOEMINARUM,**

Hoc est,

**PULICES,**

Quæstionibus Theoretico-Practicis rarioribus ad-  
ornata , variis Variorum Dicasteriorum præjudicis aucta,  
rationibus tām dubitandi , quām decidendi amplifi-  
cata, Facultatum celeberrimarum responsis so-  
lidissimis firmata , & ex principiis tām Ju-  
ridicis, quām Moraliibus  
de promta ..

Omnibus Doctoribus, Judicibus, causarum Patro-  
nis & Studiofis aliisque in foro , Scholis ac  
gynæco versantibus , perutilis  
ac necessaria ..

MARBURGI,

ANNO M. DCCIV.



OPIZIUS Jocoserius.

## PRISCIELÆ CAPITONI,

Virgini Clarissimæ S. P. D.

**E**T si noctuas Athenas juxta illud trium, ferre videar, qui preser-  
tim mense Augusto, pulicū semper auctore, pulicem Tibi offerre  
audeo; nūbil tamen de Tua facilitate mihi metus, cui (credo) copia  
divitiarum Tharū impia favoria non pariet; hac spē fredo, quod  
magis quis, quam quid donet, inspicias. Et quem dono pulex eō gratior erit,  
quō certius est, cum multis parasangis à reliqvorū naturā abire. Nec enim  
mordebit, sed delebit & tritillabit; inde & dignus est, qui mitiore fru-  
strur fato, quam reliqui Tui, qui plus sellis, quam molles habent; ut ad eo  
non meo preces sed Tuis & materie genio, etiam sine Curiōne, ad ho-  
spitalia recta Tua aditura ei praudubē paraturis fu. Sed satis mihi pre-  
flas, si rugas meas legis: Itaque adjecto epistolo molestius magis, quāna  
officiosius esse nolo: Vale.

Candidior folio nivei Galatea! ligustrī-

Floridior pnuō: longā procerior alnō,

Splendidior virrō, tenero lascivior hedō;

Levior assiduo darris equore conchis,

Solibus hybernis, astruā gravior umbrā,

Nobilior pomis, platano confessione altā,

Lucidior glacie, maturā dulcior urā

Mollior & cygni plumis & lacē coactō;

Et si non fugias, rīguo formosor horto, &c.

LECTORI AMICO SALUTEM!

**A**dmirandam Tibi, Lector benebole! temi exhibere animus est,  
hac tamen lege, ut venerabile frontis Catonianæ supercilium  
aliquantis per in mare Creticum deportes, ne tribunal nobis  
Teum Rhadamantheum, &c, ut severi illius judicis Scopulus, fiat rei.  
Quid ergo inquis? ex Afica monstri habes? an Gigantem Deorum  
quondam oppugnatorem, audacissimum? vel Pythonem, novum?  
aut Draconem horrendum, Cadmi oīlīm prædam? Agōnemve cor-  
nutum? An forte, ut Scriptor ille Ciclicus apud Flaccum:

Fortunam Priami cantas & nobile bellum?

Antiphaten Scyllamque & cum Cyclope charylidim?

vel quæ alia speciosa miracula promisæ num phœnicem habes, quin-  
gentesimi cujuslibet anni? si stupendo sapientiae humanæ miraculo,  
Seneca epist. 42, credimus? partum? An potius?

Par

AD EKTORI  
AVALVAGHOM

Parturiant montes nascitur ridiculus mus.  
 Imò verò rem acu tetigisti? Vilior est mure res & vel S. Script. I. Sam. 24. v. 15. Phrasij vilissima! **PULICEM**, spiritum familiarem sexus fœminei Tibi offerimus, sub incude juridicā vapulantem, & cultrō non Medicorum, sed Jurisconsultorum anatomice dissectum, jucundō, ni fallor, spectaculō & æque ridiculo, ac si alaudam vel *Regulum*, aliquot boum curru vectum videoas, quod genus est servitij cuiusdam feudalis in Franconia, iuxta Speidel, in Notab. voce Lehendienſt. Hospitēm ergo non multi cibi, sed multi joci desideramus; Veni quisquis es, Benevole Lector! ad dapes & cramben, non quidem bis coctam (nec enim nostrum est, ut Cornicula Horatiana solebat), alienis nos plumis ornatos deridendos alii propinare, & contra Leg XII. tabb. alienam segtem in nostrum agrum pellere) sed tamen nullō conquistarum phrasum pipere, aut sententiarum Zingibere, tantum aliquō facetiarū sale conditam: vita quidem, ut jocando servetur rō πεπον. Ridentem dicere verum quis vera? aut urbanitatem viratā scurrilitatis charybdi & excelsus Scyllā vituperabit, nisi fortè austerus Cato, è quo quis ciuit̄ ignem, quam r̄sum exeat, & qui, sociatā stultitiae superbiā, auditō, jocō, iuxta illud Mantuan. I. Sylv.

*Sic furit, ut spumis ex ore cadentibus atrox  
Fulmineus quories dente minatur aper.*

*Sic fremit ut frendens, cum ferrea vincola mandit  
Corberus, & Stygias murmure turbat aquas.*

*Arcum non semper tendere Apollinē, triviali proverbiō admonemur, ne semper severioris disciplinæ Musas colamus. Inter se, ex dictamine Se-neca epist. 3, ista miscenda sunt, & agenti quiescendum, & quiescenti agendum, prout natura diem & noctem se fecisse clamat. Nec nos ordinis nostri tesserām abiecimus, aut Sisyphēum spartæ nobis mandatae saxum, mūleo obduci statim patimur, ubi honesto nos orbi, vel potius negotiō delectamus, & sic tristitia fortunæ inclementioris sagittas secutā quæ exorcizamus. Talia agimus, cum nihil agere possimus aut volumus. Ut sic præposteras improbō nasō excubias agentes mortales, quos livoris tinea comedit, & invidiæ rubigo, rodit, tela sua venenata in nos figere jure non possint. Tuus ergo, B.L. candor pro clypedō & murō akeneo erit contra istius furfuris homines, Theoninō cunctos dente ferire doctos. Habeas hanc exigui & ferè extemporanei laboris fa-*

*A 2. cunctis in meo ghe turam,*

turam non nisi melioris obsidem & sponsorem, Defendet nos umbo  
celeberrimorum Virorum, similia jocosâ ita ausorum, ut ab æquis re-  
rum æstimatoribus in Cærites ceras relati non fuerint, Nota Senec. de  
Tranq. anim. c. 15. v. 5. Milcenda tamen ista. &c. Interdum & Socratem.  
in arundine longa equitante videre licet; & gravissimus Seneca epist.  
106. latrunculis ludit, aut in supervacuis subtilitatem terit. Testor Apo-  
colocyntos in Claudi Cæsar, eò Autore editam, unde patuit omni-  
um horarum hominem tantum valuisse in jocis quantum in seriis.  
Achillis gloriam, ut tali pugna non feramus, certè Ajacis nos manet.  
Aliquod, si non emne fert punctum, qui miscet utile dulci. Forte nisi  
ita peccaremus, gravius peccaremus, prout alij, qui seriorum laxamen-  
ta curarum, aleâ, luxu, venere, alisq. vittorum contentionibus supplere  
assolent: Juxta illud Plinij in Paneg.

Sed apud bonum virum, bonam causâ habebimus, apud malum, ne qui-  
dem agemus. Senec. l. 4. de Benef. cap. 4. Itaq; ne prologus prolixior sit fa-  
bulâ, manum de tabula tollimus; præsertim cum nescio quis Cynthius  
autem vellens moneret ex Plinio Juniore, lib. 4. epist. Longiore prefa-  
tione ineptias vel excusare vel commendare ineptissimum esse. Vale Le-  
ctor Benevol! & si quem Zoilum vel Sciolum offendes, meo nomi-  
ne salutum. Anticyras mitte, ut ibi bibat purgantem pectora succum.

## PROLOGUS.

**A**D præscriptum l. 25. verb. rogo pleniū, quæ ad hæc spectant attingas,  
quotidiana enim sunt, ff. de lib. leg. de materiâ quotidiana; scil. pu-  
licibus, animalculis ita notis, Notior ut jam sit canibus non Delia nosfrit,  
acturus, ut cuncta fiant ordine. & decenter; vocis vim primùm expli-  
cabo, & ab hoc rivulo ad mare materiæ amplissimum, navigium &  
vela vertam, cum Ictis summus & prior semper circa verba labor fue-  
rit, teste Quintil. hist. Orat. l. V. cap. ult. adeò, ut autore Gellio Noct. Att.  
lib. XIII. c. 10. Antistius Labeo ( celeberrimus ille Ictus; v. l. 2. ff. de orig.  
juris) qui latinarum vocum origines & rationes exactè percalluit, cai-  
præcipue scientiâ ad enodandos plerosque juris laqueos sit usus; cui:  
rei gemina in alijs Ictis ipsoque Justiniano nostro Sacratissimo de-  
prehendes. Quæstio ergo prima sit,

Unde pulex dicitur? *Quæstio. 1.* non sibi singu-

Et licet adhuc, more suo, velut Proculus & Sabinus centent Grami-  
matici, communis tamen opinio est, quod: dictus sit à græcâ voce  
πυλας, originem trahente à verbo πύλη sive πύλα, pulex, quæ-  
satio.

ratio originis adeo induxit Cælum Calcagnium, ut non pulex; sed pollex scribendum. dictatoriè, contra omnium Criticorum vota, præscribat; Nos. Palæmonis vices aliis relinquemus, nec malè judicando litem nostram faciemus, l. 6 ff. de extraord. cognit. Alij à pulvere pulicem nominatum putant, cum pulvis sit alimento pulicis, prout hujus sententia est: *Isidorus*, vel melius (quò & alludunt verba venusti carminis notissimi) *Angla Flaosq; canam*, qui rrachisunt pulvere schvwarz (quia ex pulvere nascitur pulex: delicatores enim sunt Dn. pulices, quam ut pulvere sint contenti, cùm quotidie deliciis & sanguine virginis, ut fruiq; soleant, nisi forte pulverem comedere eō tempore, quò homines glandibus vescerentur, prout ad l. 236. §. 1 ff. de verb. sign. notare solent Nostri; quorum omnium infar. Wissenbachius esse potest ad partes vocans tres Poëtas, hoc est testes omni exceptione majores: Ausionum videlicet, Tibullum & Ovidium. Né verò in convivio hoc fabulosa d'orūcōla sim, & mea oracula ego fundam, dixerim, quod pulex dictus sit vel à *pueLLa* & *lex* (da die Mägdelein die Finger nach lecken) vel à voce mulier: ita scilicet, ut *mu*, mutetur in *pu*: abiciatur *li* & loco *er* addatur *lex*, unde præcisè si sit pulex; simili derivatione, quâ teste Philandro vñ Sittenwald/Benjamin à verbo volo defecit. Et hoc ante me nemo observarit: ceu quondam apud Dn. Schuppium Magistellus quidam, qui in scribendo glossas ad Calepium; in voce *refrigerum* loco verbi *Kühlung*/substituendum pouit ajebat *Ochsenlung*; ob sexus masculini prærogativam.

Quesit. II.

Cujus ergo generis sit pulex?

Et quamvis Grammatici summi, infimi, medioxumi ad unum ordinem pulicem generi Masculino adscribant, nulli tamen dubitamus ab iis divortium facere; cum quotidianā illa magistrā, experientiā, vel lippis atq; tonsoribus notum sit: pulices esset generis feminini; Dān der gleichen Räglein seynd vornehmlich der Weibsleut patroni, un hälte sich bey denen auf/weil sie daselbst zu essen/ni den Brüsten nicht weist haben. Ad minimum hoc erit à Grammaticis concedendum, pulicem esse generis communis: cum per communicationem sint etiam generis masculini. Quicquid sit illoquamus cum vulgo, ne examen grammaticorum infestas aquilas, junctis umbonibus nobis inferat, quod illi accidere videmus, qui se ad aurem auramq; eorum non examus sim componit; & in patios Divi Prisciani cineres mingere ausus fuerit.

A. 3.

Quæs.

aut



## 6.

## Quest. III.

Unde vero descendat vox Germanica, Floh/ queri possit?

Respondemus sine hesitantia; vocem illam à perniciitate, pulicūm proprio quarti modi, dictam in aprico esse: Ein Floh / weilen er gleichsam fliehet oder fleucht: quam derivationem mirè confirmat ænigma poëticum, nuper à formosissima virgine H.N. nobis pro *subsidio* *charitativo* communicatum sic sonans: Rath was ist das?

Es fleucht/und fleucht doch nicht/hat auch nicht Flügel an/

Sticht ohne Schwert und Spieß/es beißt/doch ohne Zahn.

Euch Jungfern hat es gern/und ist euch gar gemein/

Vier Hüße hat es nicht/und zwey zu wenig sehn/

Und hat doch alle die; Es geht in schwarzer Tracht/

Weil gestern ward von euch sein Vater üngebracht. R. ein Floh.  
Et hoc ipsum est, quod intendit Venustus prælaudari carminis de Fleois Autor, cum sic modulator -- qui possunt hūpere longè, Non alter quam si fluglos natura dedisset. Quamvis, quod obiter adjicimus, sexus foeminius antidota sua contra illam perniciatem habeat: sic können die Floh schon erlauffen. Adeò ut omne ingenium puellarum in digitos abiisse videatur. Unde communis Dd, conclusio est, quod is, qui pulicem quam promissime capere nequit, per præsumptionem hominis & juris putetur sexus non foemini, sed masculini esse, adeò, ut contra eum ad inquisitionem possit procedi; prout ita in Monasterio quodam virginico S. decisum meminit, ubi Titius se coquamentitus erat. Nec fefellerit augurium; Sella enim episcopali impositus fuit, quo facto omnes vestales clamabant; Pessimus habet. Itaque protinus canobio ejetus fuit, quamvis per majora vota virginum Sacratum fuisse nimis clementi urna, absolutus. Et hoc observandum, cum in praxi frequenter accidat.

## Quest. IV.

An publices jure civili teneantur?

Hæc de vocibus delibasse sufficiat; nunc teritur nostris area major e- quis; cùm ad rem ipsam sit progrediendum; ubi ardua & Sabbathina questio in ipso limine sole offert, aī: pulex iuri civili Romano sit subjectus? Et videbatur prima fronte dicendum quod non; cùm , quod nullum exstat Sæcum, quod pulicūm Respublica illud jus adoptavit; sicut in Germania id reperitur: per allegata Struvii ex 2. th. 35. tūm quia pulices, ut à nullis populis sic nec à Romanis, utut potenteris simis, sunt

sunt victi aut subjugati; quod argumento uititur Gallus JCtus, Carolus Molinæus Comment. in Confv. Paris Tit. i. gloss. s. n. 110. ubi sic fatur:  
*Ejure Romanò mutuamur, quod & exequitati consonum, & negotio, quo  
 de agitur, optum congruumq; invenitur, non quod unquam fuerimus sub-  
 diti magno Justiniano aut successoribus ejus; sed quia jus, illo Autore, à  
 sapientissimis viris ordinatum tamen est equum, &c. &c.* Sed, me arbitro,  
 magistraliter erit distingendum: Nam in illis locis, ubi jus Romanum  
 à Majestate est receptum, omnino juxta illud pulices ibi judicandi  
 sunt. i. cum omnis anima subjecta esse debeat potestati Principis. Rom.  
 13. 2. quia regulariter pulex, ut accessorum, sequitur suum princi-  
 pale, sc. hominem, quoad forum, & jus in eō obtinens; arg. L 1. §. 12.  
 Et 14. ff. se quadr. paup. fec. 3. facit huc dispositio legum, quod si arietes  
 vel boves inter se commissent, & alter alterum occidisset, siquidem  
 is periret qui aggressor erat, cesseret actio, quia alter concitatus, & qua-  
 si defensionis iure damnum dedit: fin vero is, qui non provocavit, occi-  
 sus laesus esset, competat actio. L 1. §. 11. ff. d. 1. ad de Grotium de J.B.  
 & P. 1. c. 2. art. 3. Unde appetet & animalia juxta jura Rom. judicari.  
 Quod ipso de pulice Valalla constat, cum dispositioni feudali stare  
 & cadere, sicut pulex monialis jure Canonico tenetur.

## Quæst. 7.

Inde ergo V. queritur: Anne pulex virginis vel viduæ fruatur  
 foro miserabilium personarum ex l. un. C. quand. Imper. &c. Et dico  
 quod ita, cum forum illud sit privilegium: Atqui tali foro & dome-  
 sticus privilegiati fruiter, prout de famulo & domestico Cardinalis &  
 legati tradit Bonacoss. de Famulis. Qu. XII. & XXXIV. de famulo stu-  
 dioso: Id. Q. 43. & 52. Limn de Jur. Publ. l. 8. c. 10. n. 8. De foro pulicis  
 Augustæ seu Imperatricis collige ex l. 31. ff. de legib. enucleata Struvio  
 ex 2. lib. XI. Dum de pulice Augustæ scribo, incidit epigramma Ovnen  
 de pediculo Aulico; ita sonans: *Blandus adulator per totam currit at au-  
 lam, Principis imprimit nobiliumq; foros. Apedibus sic nomen habens ma-  
 la vestia totum, insperiat corpus principis caput.* Ad autem pulex moni-  
 alis in criminalibus apud judicem secularem, an ecclesiasticum, debeat  
 conveniri, dijudicandum erit ex Chassaneo insu Qu. XLVI. citando,  
 ubi similem tractat casum. Certè quia saltem ex consuetudine univer-  
 sali, poena est corporalis, Clerico judici per omnia vix locus erit. Vi-  
 de c. At si q. X. de judic. & t. t. X. de foro comp. Carpz. Pr. Crim. p. 3.  
 q. 110. u. 12. & seq. Sed hac de re plura vide seq. q. 36.

## Quæst.

Hac occasione queri posset, Anne ergo pulex fœminæ nobilio-  
ris, sit nobilior & melioris conditionis, quam pulex plebeja? Affirma-  
mus sine haesitatione. 1. quia praxis ita servat, daß des Schultheissen  
Ruh vorgehe. 2. Idem de domesticis nobilium tradit Bonacoss. qfl. 32.  
Et ut is, qui melioribus & honestioribus præst, melior ac dignior cen-  
setur: Sic ex diverso, qui sublimioribus principibus subditri sunt, ho-  
noratores sunt iis, qui subsunt principibus non ita sublimibus, Ni-  
col. Boër. in Tr. de Aubor. magni consili in prim. addit. magn. n. 15. vers.  
Hoc adjecto; quod eleganter extendit & exemplis illustrat Ferd. Valsq.  
illust. contr. part. 1. lib. 1. in prefat. n. 26. &c. Adde quod Bucephalus, te-  
ste Curtio, neminem quam Alexandrum sessorum admitebat. Et ex  
Estrha libro, c. VI. v. 1. clarum est, egyptum regis, aliis honestiorum esse.  
His consequens est, daß wann ein schlechter Floh einem Vornehmen  
begegnet, er aus dem Weg hüpfen und den Huth abziehen solle: alias  
enim injuriarum conveniatur: Gail. t. O. 21. n. 21. Ricc. decisi. Neap. 122.

Sed quid ergo: anne pulex, plebejus Senatorium sibi matrimonio  
seu contubernio possit jungere? Quod ut jure veteri negandum fuit,  
sic jure novissimo, illud jus vetus una cum lance & licio evanuit. l. 23.  
C. detit. nupt. Nov. 51. 78. c. 3. N. 89. c. ult. N. 117. c. 6. adde Carpz. Jpr.  
Cons. t. 2. def. 10. & 11. quod ipso constat, non amplius quaestionem  
agitari debere, utrum pulex etiam si dicendus sit senatorius, qui ante  
adeptam dignitatem Senatoriam adsumit: quā in re alias colludunt  
l. 5. ff. de Senat. l. 9. §. 14 ff. de pan. l. 2. §. 2 ff. de decur. cum l. ult. C. de de-  
curl. l. 11. C. de dignit. vide Pacium Exam. cent. t. qfl. 39. Wissenb. tit. de  
Senator. th. 1.

Ulterius dubitari posset, annne pulex excommunicatus pro excom-  
municato sit habendus; id est, quia communicat cum ea. Quod recte  
negatur: sicut in simili constitutum legimus, ut quod servus vel ancil-  
la aliquie domestici participantes cum Dominō excommunicato, pe-  
riculum excommunicationis non incurvant, C. qvoniā multas. 103.  
caus. XI. qfl. 3. Bonac. de fam. qfl. 257.

Servam omnia acquirere domino, ex jure ita notum est, ut soli lumē  
fænerarer, si allegationes juris adderem: queritur ergo, an & pulices  
acqui-

acquirat? Quod affirmamus sive sit pulchus adventitius, quem jure §. 3. *Inst. pers.* quas pers. nob. atq. dominus habet; sive ex ipsa ancilla natus, quem pulicem vernam appellare possumus: Et hic, velut partus ancillæ, domini erit. §. 4. *Inst. de jure pers.* Facit huc, quod animalia à servo acqui- sita domini statim fiant, & quoad dominium & quoad possessionem. d. §. 3. Et quod in meo solo natum est; meū est, §. 32. *Inst. de rer. div.* Quod si quis usumfructum ancilla habeat, ejus non erunt pulices, nec adventitiæ, cū ancilla eos non ex re usufructuarij nec operis suis acquisierit, sed velut donatos habeat. §. 4. *Inst. d. t.* nec vernæ, partus enim ancillæ in fructu non esse, adjecta ratione solida docet Justinianus §. in in pecu- dum. §. 7. *Inst. de rer. div.* Et fetus in l. 27 ff. de hered. petir.

## Quest. X.

Huic quæstioni gemina est illa;anne ergo, cum hodie ex universalè consuetudine terrarum, communio bonorum sit inter conjuges, idem ad pulices uxoris sit extendendum; ita, ut & illi sint inter quæstum numerandi? Quod etiam statuendum; modo illi constante matrimonio sint acquisiiti ab uxore; nam illi quos intulit, ei, ut paraphernalis res, sunt restituendi; per jura notissima. Atque non est, quod aliquis mihi ex Seneca ep. 40. dicat; Quid te torques & maceras in iis questionibus, quas subtilius est contempsisse quam soluisse. Habent enim hæ quæstiones IX. & X. magnam utilitatem in Utopia, ubi tam rara avis est pulchus, ut velut ex Africa monstrum dato prelio visatur. Potest & in Germania eorum usus esse, præsertim Norimbergæ, ubi pulices catenulis vinciti venduntur, indeque acquæstus sic inter conjuges.

## Quest. XI.

Quæritur porro; Ab eo, qui Te offensurus erat, cautionem de non offendendo acceperisti, an id etiam de pulicibus accipendum, adeo ut commissa sit stipulatio, si Te invito pulicem Tuum occiderit? Annuo, cum talis cautio etiam de familiaribus & domesticis dominis sit intelligenda; Bonacoss. de famul. Quæst. 206, sunt enim pars corporis dominici. l. 5. C. ad leg. Jul. maj. Sic contra cautionem actum esse judicavit Sec. natus, ubi quis inimici canem glande plumbeâ trajeccerat.

## Quest. XII.

An virginem vocans eīn Flöh, Beutel, Flöh, Thiergarten &c. injuria- rum teneatur? ex facto quæstum memini. Er videbatur quod sic, cum is, qui naturale vitium alicui objicit (velut si dicat, tu clade, tu calve) injuriarum rectè conveniatur; Wissenb, ad ff. tit. de injuriis thes. 13.

B

Hahn,

Hahn, ad Wes. eod tit. num. 13. adverb. *Nisi scripto.* Econtra in diversam opinionem quem movere posset, quod Cel. Excell. Dr. Holterman. In Disp. ad L. Aquil & de injuriis ex Manzio resert, ubi Studiosus quidam in Virgines alicujus civitatis, hoc carmen fecit: *Die Barbel ist heßlich/ das Käuterlein schön: Das Aennelein thut mit Witz bestehn.* Die Lise sel ist faul/die Nösel träg/das Brigittelein schaffet alle hinweg: & tamen injuriarum fuit absolutus. Verum hæc lis distinctionis securi est decidenda; an scilicet tantum jocandi animo verba ea quis protulerit, quo casu inuria non presumitur, l. 3. §. 3. & l. 15. §. 23. ff. de injur. Alchus. in Dic. o. lib. 1. cap. 123. num. 15. an vero animo injurandi, qui ex certis circumstantiis presumitur, v. gr. tiratus fuerit proferens. Struv. de Vind. Priv. cap. 10. aph. 6. num. 3. Etiam si tamen talis animus probetur, tamen ob veritatem injurians mitius videatur puniendus, arg. art. 110. in fin. Const. Carol. Carpzov. Prax. Crimin. p. 2. quaest. 98. num. 40. & seqq.

Quæst. XIII.

Scripsoram hæc, cum in celebris Schuppia Lucianum incido, ubi aliud de pulicibus questionis mentio sit. Verba sunt: *Als die beyde Reichlin und Erasmus von Notterdam nicht wolten geigen/wie die Mönche und Schulmeister eine geradme Zeit gesetzelt hatten/da war M. Ortwinus, ein alter Schulfuchs/samt seinem Anhang ganz darwider/ und sagten: Iсти Latinizatores possunt modicum latinizare, & ideò putant, quod nemo est dignus eos aspicere, neque solvere corrigā calceamentū eorum.* ipsi putant, quod faciunt magna miracula dicendo grossa verba. Ast creditis quod sciunt aliquid de Biblia. Si daretur ipsis unapostolū vel de præmis Sanctorum, vel Q. *Utrum Deus sciat omnes pulices & omnes pediculos, qui creantur quotidie Parisiis?* creditis quod ipsi possint arguere pro & contra? Ego vellem, quod isti omnes Latinizatores essent in profundo inferni, unde nunquam possent revenire, &c. &c. Ridicula in superlativo. Cæterum, ut & de ista quæstione *ne jam* adjiciamus, etiam minima curari & conservari à Deo inde patet, quia capit. quoq; nostri pilos in numerato habet: *Matt. 10. v. 30.* nec passerculus de techo cadit sine Dei voluntate *vers. 29.* Sic & corvorum pullis escam dat. *Psal. 147. v. 9.* & de pediculis videatur *Exod. VIII.* Diversus ab hac opinione Seneca est lib. 2. Nat. Quæst. cap. 32. ubi ita ait: *Nimis Deum otiosum & pusille rei ministrum facit si alius somnia, alius exta disponit:* quod sane in tanto viro doleamus.

Quæst.

53 11. 50

Ques. XIV.

Sequitur quæstio decima quarta: An famula seu ancilla singulis momentis pulices captanti (die s̄o oft auf Parthey gehet) ut negligentia annua merces possit minui, aut ea propterea dimitti? Et omnes æquitem estimatores huic moderamen inculpatæ tutela erga pulices concedent. Tum etiam pulices capere est opus naturæ foeminarum, cui omnino ignoscendum, arg. l. 21. C. qui test. fac. poss. Adde, quod ob morbum ancilla domo expelli non possit, l. 4. 5. §. 5. ff. de stat. lib. l. 27. ff. locati, at pulices captare, est quasi morbus naturalis. Denique necessitatem omnia prædicamenta & prædicabilia, legesque transcendere notum est.

Qu. XV.

Quid si ad pulicem (v.gr. circa collum) capiendum famulam advoget hera, illa verò eum non capiat, an colapho puniri possit? Et quia, ex causa, domina moderatè potest castigare ancillam, Alex. conf. 75. vol. 3. hic autem latam culpam (qua dolo æquiparatur) committit venatrix, dum id non facit, quod omnes ejus conditionis homines facere possunt l. 223. ff. de V. S. omnino quæstionis affirmativam defendimus; eò magis, quia imperitia, præsertim tanta, culpa est adscribenda. §. 7. Inst. de leg. Aquil. vide præc. qst. 3o.

Ques. XVI.

Succedit alia quæstio. Cepit pulicem Sempronia, eamq; prægnantem videt, an eam poena corporis afflictiva punire potest? Nego & pernego, quia calamitas matris non debet nocere ei, qui in ventre est, l. 18. ff. de stat. hom. l. 3. ff. de pœnis, adeò ut nec bona conscientia eam relegare (v.gr. extra fenestram projiciendo) possit, præsertim si sit hyems: per tradita Hahn, ad W. c. de stat. hom. num. 3. adverb. Pro natis habentur.

Ques. XVII.

An pulex murum civitatis transiens, poena capitali sit puniendus? quæstionis est. Annuimus; quia lege non distingvente, nec nos distinguere debemus. l. 8. ff. de publ. acti. at generaliter lex poenam capitalem criminis tali dictat, adeò, ut etiam fratrem Remum Romulus propterea occiderit: l. ult. ff. de rer. div. Add. Livius atque Florus. Verum cum causis hic rarior sit, eum latius prosequi nolumus, cum non sint curanda ea, qua ἐν παρειών accident, sed qua ἀπὸ τὸ πλεῖστον l. 3. ff. de Et difficillimum erit tale delictum probare, adeò ut ex communis

Dd. opinione, decem senes cum perspicillis, & tres Optici cum microscopio (Germanice reddit Coraenius in Januali Lexico ein Flöhgucker) ad testimonium in hac causa criminali (ubi omnia luce meridiana clariora esse debent, *i. ule, C. de probat.*) requirantur.

## Quest. XVIII.

Sæpiusculi sit, ut non solum hominibus (vide illustr. Seckend. Deutscher Fürsten-Saal p. 3. regali. 8 pag. m. 45. 3.) verum etiam pecudibus capitatio imponatur: On. Brunnem, ad l. 8. C. de SS. Ecol. & qui in orbem literatum factio nomine prodit Relfendso Horomont. c. 10. p. 154. Unde dubium exsurgere posset, an capitatione (idem de pedagio exaudias) omnibus animalibus imposita, praesertim consensu statuum provincialium Principatus, id etiam de pulicibus sit intelligendum? Et hic Davo emunctior Oedipus, in enodanda hac quæstione sacra sua comovens, pro negativa sententia tanquam pro aris & focis pugnaret: & nemo, credo, nisi ingenium pistillo retusus habens, & jenunissimus iudicii in adversa acie staret. Nec enim mens majestatis, capitationem vel pedagium aut vestigal imponentis, nec Statuum consentientium hoc fert. Adjice, quod alias mulieres non essent solvendo, adeò ut & dotem dare cogerentur, quas tamen salvas esse Reipubl. interest. *l. 1. ff. solui. matr.* Et qui gabellarius pulices numerare poterit? Difficilis certè quam stellas coeli, & facilius esset cum Cicerone, è pulvere eruere Archimedæum problema vel ediscere Pacavii Teucrum. Nec hic per aversionem agere (überhaupt durch den Bogen oder im Bausth) condicibile esset, ob varias, qua inde oriri possent fraudes ministrorum capitacionem accipientium. Illud vero multò magis extra omnem dubitationis sphæram est positum, si Carfanæ immunitas v. g. à pedagio sit concessa, id prout ad famulos & famulas pertinet: Bonacossi de Famul. Q. 157. juncta qvæst. 199. sic & ad pulices referendum.

## Quest. XIX.

Indusium lotrii lavandum dedit Sempronia, in quo relato, vestigia steroris pulicis apparent, an mercedem debeat Sempronia? ex facto consultus respondi, salvo aliorum judicio, quod non, cum lotrix locationis legi non satisficerit; illa enim utpote artifex levissimam etiam culpam tenetur præstare, *l. 1. merces. 25. S. columnam 7. ff. locari & in expediendis iis, quæ ad alios spectant, & expedienda suscepit quis, omnem culpam videtur recipisse l. 21. C. mand. S. 1. in fin. Inst. de oblig.*

ex

ex gr. contr. nihilque magis ei vitanda, quam imperitia. l. 9. §. pen. l. 13.  
 §. 5. ff. b. 1. l. 8. §. 1. ff. ad Leg. Ag. Hoc tamen cum tali grano salis  
 accipe, nisi Sempronia sit complexionis Scorbutica; qualium hominum  
 pulices excrementa projiciunt arcissimè coherentia. Itaque si reni  
 non rigidi juris lance, sed aequitatis trutina ponderemus, lotricem ad  
 impossibile non obligabimus. l. 185. ff. de reg. jur. modo tamen lotrix  
 exceptionem suam, in qua se fundat, legitimè probet. l. 9. C. de except.  
 præfertim cum contra eam sit præsumtio, onus probandi secum vehens  
 l. 25. ff. de probat. l. 6. ff. donat. int. vir. & uxor. Et hæc decisio etiam  
 ad Studiosum (der viel weisse Wammes-Käglein oder Müller, Flöß  
 hat) ceteris paribus applicari potest.

## Ques. XX.

Pulcherrimum & in praxi notabilem causam ex relatione Consul-  
 tissimi H. audivi. Virgo quædam in Museum Caji, nescio cur, vestes de-  
 posuerat, quæ, quia in iis tot pulices erant, quæ syllabæ in Calepino,  
 totum Museum compleverant, inde quæstio exorta, anne depositi te-  
 neretur virgo? Judex erat prælaudatus Excell. H. Universitatis Rector,  
 & resvario Marte acta, donec tandem judicialis sententia victoria à parte  
 Caji stetit. Rationes decidendi haud dubie hæc fuere, quin ubi ex re  
 deposita damnum mihi datum, deponens tenetur, per expressam. l. 61.  
 §. 5. & 1. ff. defuit. l. 31. verb. fin. ff. de pignor. act. sive sciverit, sive ne-  
 sciverit, rem esse damnificam, dd. IX. Quid verò de vestibus pulicosis  
 commodatis dicendum sit, collige ex d. l. 61. §. 6. & l. 18. §. 3. ff. com-  
 mod. ubi inter se digladiantur Dd. utrum dolo & equiparetur lata culpa?  
 Affirmativam defendantem Dn. Struvio ex 19. th. 10. §. Damna. num. 20  
 (qui sibi tamen contradicit ead. ex th. 39.) contra Præceptoris sui Hah-  
 nii doctrinam ad Wes. tit. commod. num. 12. Ego usum fructum cuique  
 sive opinionis libenter relinquo: & ut quondam Imp. Claudius Sveton.  
 cap. 15. secundum eum sentio, qui vera proposuit.

## Ques. XXI.

Hujus climatis est quæstio; anne ergo ob pulicum multitudinem  
 inquinus domum vel Museum conductum possit impunè deferere?  
 Affirmativa patrocinamur, & quidem favente Themide, prout apparet  
 ex l. 27. §. 1. verb. si causa fuerit. ff. locati, modo tanta sit multitudo, ut  
 ei resisti nequeat; l. 15. §. 2. verb. Servius omnem vim, cui resisti non pot-  
 est, dominum colono prestare debere ait. ff. eod. & sic usus rei impediatur: d.

**S. 2. in fin.** Posset in subsidium cause allegari l. 33. in fin. & l. 34. ff. locati, ubi Icti docent, ob hostium incursum vel prædonum aut latronum maliciam licitè deserit fundum. At qui potiores sunt hostes & latrones, quām pulices? adē ut non male illa ex Virgilio queratur sexus foeminius:

unacum gente tot annos bella gero.

Limitatio tamen asterisco digna est, si impuritiā inquilini, bestiolarū in tantum numerum creverint, tunc enim non solum sine soluta pensione emigrare non potest: arg. l. 25. §. 4. ff. loc. sed & ante finitum locationis tempus expelli potest. arg. l. 3. verba finalibus C. eod. Ita quoque si per beneficium pulices in domum sint coacti inimicitia habitantis, pensio hand remittitur, arg. d. §. 4. & l. 66. pr. ff. solut. matr. modò inimicitia causam dederit inquinilus; l. 19. ff. commod. quamvis alii suffulti. l. 41. ff. locat. hoc non esse necessarium statuant, prout hunc juris articulum satis deductum exhibit D. Wilsenb. p. 1. Disp. 21. tb. 10. Si verò inimicitia domini adiūtum tale quid à benefico factum sit, inquinilus non solum migrare potest, sed & si justa inimicitia causa, interesse exigere dd. DD. Quod si verò quis conductor, omnes casus fortuitos in sece suscepere, & sine culpa contrahentium alicuius, beneficē pulicum immensos greges compulerint in aedes talē casum, ut in solitum & incogitatum ferre cogitur, Struv. ex. 19. tb. 44. & in terminis ex. 24. tb. 17. qst. 1. quamvis post alios novissimè dissentiat Dn. Taborin Relat. Argent. rel. 98. incip. Auch die an uns &c. in fin. Posse verò beneficos, permisso Dei, pulices facere, examissim docet Dictator Practi. corum Carpzov. in Prax. Crim. part. 1. qst. 43. n. 55.

*Quesit. XXII.*

Nunc lampada tradimus alii casui, qui nuper in facto nobis præsentibus contingit, cum in æstatem ver declinaret. Exspatiati erant juvenes virginisque in hortum flumini vicinum. Dum circa ripam cum Titio reperit Helena, videt jacentem arundinem cum hamo ad pisces capiendos: quam dum projicit in aquam, convenient; ut omne quod caperet puerilla (qualis & casus conventionis est in l. 11. §. 18 ff deact. emt.) pro honorario cederet Titio: inter piseandum illa capit pulicem sibi forte molestum, quæstio exorta est, an & hic Titio cederet. Videbatur quod sic, quia omne quod caperetur, sibi stipulatus erat Pamphilus amans: iam verò, qui omne dicit, nihil excludit: per jur. noriss. Verum

cum

cum urna judicialis verteretur, præda puellæ per majora adjudicata est; cum ex Mente contrahentium, id demum in stipulationem venerit, quod ex piscibus *in aqua* caperetur. Quid ergo, si tripodem aureum e-duxisset piscatrix, prout factum erat à Milesiis pescatoribus, à quibus ja-ctum retis emerant Jonici adolescentes; teste Diog. Laert. lib. 1. in vi- ta Thaletis: Ego certè à Delphico oraculo dissentirem, nec eum aut Thaleti, aut Deo, sed puellæ ex ea, quam dixi, ratione sc., mente contra-hentium addicerem, & pro sportulis nil nisi subsidium charitativum (Hoc est osculum) peterem: præsertim cum virgines juxta quorundam majorum gentium I.ctorum opinionem, vide Gailium l. i. obs. num. 41. sint miserabiles personæ (vornehmlich wau sie über 30. Jahr kommen und wie saur Bier von jederman verachtet werden) à quibus spor-tulas pinguiores accipere inhumanum est.

## Quest. XXIII.

Alia sese offert quæstio, plus difficultatis in recessu habens, quam pri-mâ fronte appetet; anne pulex inter res mobiles, an immobiles sit refe-rendus? Et licet responsio non sit difficultis, eum nimium quantum inter se moventia referri, hoc tamen indistincte non est veritati Juris con-fonnum. Si enim v. gr. pulices sint in lecto diversorij, quia ille pro re im-mobili habetur ex quorundam haut infimi subsellii Doctorum senten-tia (à qua tamet' abit Carpz. q. 3. Conſt. 24. def. 10. adde Struvium ex 3. tb. 82.) etiam pulices, ut accessorium pro tali haberem; cum illud se-quatur suum principale. S. si tamen 26. Inſt. de rer. div. & quod Juris est in toto etiam est in parte l. 112. ff. de reg. Jur. ubi Dd. facit huc, quod fru-stus pendentes pars sint fundi, l. 44. ff. de rei vind.

## Quest. XXIV.

Ponamus virum & mulierem in uno lecto cubare: & pulicem ab uxore ad maritum salire; an statim uxor esse desinat? respondemus, huic litis decisionem accuratam dependere ex lite illa, utrum ad ani-malia prorsus fera, ut ursos, an prorsus mansveta, ut gallinas & anseres? an mansveta, ut columbas vel cervos, pulices sint referendi? Et quia me judice illi ad animalia mansveta referuntur; ex g. gallinarum 16. Inſt. de rer. div. sciendum, eos, licet conspectum uxorius effugerint quo-cunque loco sint, ejus manere, & si lucrificiandi animo eos detinet maritus, rei vindicatione peti posse. Quod si tamen ille diutius circa mariti corpus haferit, indeque multum sanguinis hauserit; vix est, ut cum

## ¶ 16. ¶

cum mariti esse dicamus, sicut in §. quod si vis. 21. Inſt. eod. constitutum est, ut pars fluminis à meo ad tuum fundum ranta, tua sit, si longiori tempore fundo tuo hæserit, arboresque quas secum traxit, in fundum tuum radices egerint, indeque alimenta capiant, ex quibus dominium pendere etiam patet ex §. Si Titius 31. Inſt. d. t. ubi de arboribus meæ in tuo solo plantatæ, dominio agitur.

## Quæſt. XXV.

Pertinent ad nostram aream quæſtio inter commensales magni cu-  
jusdam, si non maximi Jcti (quem honoris cauſa non nomino) agitata.  
anne ſe. Studioſi, qui ad annum conduxere mensam, refilire à contractu  
poſſant, ob pulicem in offa vel jufculo repertum? Et, cum talis impuri-  
tia hospitis ſit intolerabilis, ambabus largior manibus, Studioſos non  
ſolùm deferrere mensam poſſe; ſed & ad intereſſe hospitem convenire,  
cum contractui non ſatisficerit; prout æquitas exigit l. 1. ff. de conſt. pec.  
idque culpa ſubſit, cum ancillæ ſive uxoris ſive coquæ ancillæ in offi-  
cio, cui præpoſita eſt, delinquentis culpam luat dominus: l. 1. §. 2. & 5. ff.  
de public. Hahn. ad W. el. tit. de noxal. action. num. 7. Carpz. p. 4. conſi. 17.  
Def. 13. & Conſ. 43. Def. 7.

## Quæſt. XXVI.

Omnes vefteſ meaſ tibi legavi, an & puliceſ in iis legaffe videor?  
Aff. cum legato etiam acceſſioneſ cedant: l. 39. ff. de uſufr. l. 44. §. 4.  
ff. de legat. i. Et quidem legatiſ veſtib⁹ non iolum puliceſ viuentे  
debenetur legatario, ſed & pelles pulicuſ occiſoruſ: cum Veſtiſ appella-  
tione & pelles animaliuſ veniant. l. 23. §. ult. l. 24. l. 25. pr. & §. 8. de  
aur. & arg. legat. Nec haec quæſtio eſt de laña caprina; ſed de pelle  
pulicuſ.

## Quæſt. XXVII.

Sæpè fit, ut in caupona pulicuſ turmatim iſidentiuſ maſtitia ita  
vexentur hoſpites, ut itinere felli dormire haud poſſint, prout Celebris  
Schuppius in Orat. pag mihi 36. in quodam programmate inquit: In-  
terim nec male Wetteranis cupio, urpote qui nulla me affecerunt in-  
juria, niſi quod aliquando ē peregriniſ Academiis reducem me exce-  
perunt laſſum & strenuē eſurie coegerunt. Jacobam in ſtramine &  
crebreſ pulicuſ morbiſ miserrime iinfestatus dormire non po-  
tebam, &c. Inde ergo (præſertim ab advocate rixoso) quæſtio mo-  
veri poſſet; anne cauponi aliquid aris pro hoſpitio ſit ſolvendum?

quod

quod recte negatur, cum cuiusdam capo præstare cogatur l.c. §. sub fin. ff. naut. cap. 1. ab. at pulices non, quoad ejus rei fieri potest, ab igens, omnino in culpa est. Addit. quod capo hospitum res à damno immunes servare cogatur, l.s. §. 1. ff. eod. ergo multo magis eorum corpora. Eo magis, quia recipiendo videtur affirmare & promittere, ædes suas esse commodas iter facientibus: arg. l. 1. §. 1. eod. Quod si gratis hospitium præbuit, vix ei aliquid dici potest: arg. d. l. 3. §. 5. Vers. Sed si gratis: & non minus proverbium, quam veriverbum est: Einem geschenkten Gaul/be siehe eher den A. als das Maul. Vide Senec. de ira. lib. 3. c. 30. Sitamen hospes cum multis Mulieribus, vel quod idem, canibus pulicosis venerit; cauponi nil impunari potest; sed damnum, quod quis sua culpa sentit, sentiat: l. 20. 3. ff. de reg. jur. & alteri per alterum iniqua conditio non est inferenda l. 74. ff. eod.

*Qv. XXVIII.* Mirabilis casus nuper mihi advocato à cliente est relatus. Titius Seja librum amatorium (fortè Amadisum) commodatò dederat; ut inde courtesam & courtesires disceret; quem dum aliis procis, partes potiores habentibus irritatus repeperet, pulicum stercore in mulsum locis adeo corruptum invenit, ut inutilis esset. (es sahe aus/wie das Bild zu Kiebelheim/welches die Mücken alle zugereichtet/dah es die Bauren nicht mehr anbeten wollen) itaque commodati agebat; queritur, an actio esset fundata? Et cum in commodato etiam levissima culpa sit præstanta, prout apud omnes in confessis est; omnino ad damnum resarcendum condemnandam censeo. puellam: adeo, ut si non haberet in ære, lueret in corpore: & executio committeretur Titio. Si tamen Titius sponsus, & Seja ipsius sponsa esset; talisque casus accideret, Sejam tantum non absolverem; arg. l. 5. §. 10. ff. commod. ubi dicitur, sponsam in re à sponsò commodata, quo honestius culta esset, tantum dolum præstare.

*Qv. XXIX.* Gemello modo queri posset, si in domo sartoris, cui, ad subucalam albam conficiendam, materiam dederam, ea pulicum spurcitia sit corrupta, an tenetur sartor? Et nemo nisi Judæus Apella calculum nobis denegabit: actio ne quippe locati vel (si ab initio de mercede non convenerit l. 22. ff. P. V.) præ verbis, eum posse pulsari, quia non melius custodivit: clarum est ex l. 25. §. l. 60. §. 8. locati l. 13. §. 6. ff. eod. (ubi fullo tenetur, si mures roserint vestimenta sibi ad poliendum data) l. 13. l. 17. C. eod. arg. l. 34. ff. de damn. insest. verb. poterat eas res in locum tuuorem transferre.

*Qv. XXX.*

Ex quo & decidi potest quæstio, si vestimenta creditori dederim, & simile quid per pulices acciderit, an ille teneatur? Ita sane! arg. l. 5. §. 2. ff. commod. d. l. 34. l. 13. §. ult. l. 14 ff. depign. Act. l. 9. C. eod. l. 3. de peric. tut. Sic ex Baldo notat Gothofr. ad l. 13. §. 6. ff. locati, creditorem teneri ad vestimentorum sibi oppignatorum purgationem, & defensionem à tineis &c.

*Qv. XXXI.*

His consangvinea est quæstio, an is, qui pulicum stercore corruptum vendit librum

ædilicio editio teneatur? Quod omnino afferendum per tradita, Caball. cap. 2. n. 47. Gloss. ad. l. i. pr. ff. de edil. edit. in primis specialia de libris docentis Rovenstruncks Medit. Edib. lib. i. c. i. n. 10. Idemque est in tunica, pulicibus plena, ignorantis vendita: arg. l. i. §. 1. ff. de action. emt. l. 13 pr. eod. l. 45. ff. de contr. emt. l. i. C. de edil. ed. Sic cum canem venatori à venatore venditum pulices exhauserunt ut (sicut taurus Virgilius) vix ossibus bareret, & periculum esset, ne ad corvorum pabulum mox esset projiciendus; ob tale vitium non leve, sed usum canis impediens, emtorem non teneri, advocatus defendi arg. l. 4. §. fin. ff. de edil. edit. l. i. §. 8. cod. l. 4. pr. eod. & lauream per sententiam obtinui.

Ques. XXXIII. In scenam alius sese offert casus nuper apud nos in Auditorio Illustri Veronensi ventilatus: Rustica quædam ultimum suum elogium (seu tabulas testamenti) in lecto repositum habuit, idque pulices ita spucaverant, ut nomen hæredis legi non posset, queritur quid juris? Et illud testamentum non valere pater ex l. i. §. ult. ff. de bon. poss. sec. tabb. conf. Berlich. p. 1. conf. 80. n. 9. & sufficiunt ad id duo testes cum notario, si testamentum forte sit (ut in nostro casu) nuncupativum; uti à Mævio eleganter & in simili Capud Mævium testamentum amissum erat: hic illud corruptum; quæ duo æquiparantur. l. 13. §. 1. ff. l. 24. ff. l. 14. ff. de reg. jur. traditur part. 4. dec. 13. adde part. IX. dec. 14.

Ques. XXXIII. Dubitari posset, cum Vir dominus sit uxor, testibus Apostolis ad Coloss. i. 3. v. 18. i. Pet. 3. v. an. Si in pectore v. g. uxor pulices querere velit, uxor ei novum opus nunciare possit? Et videtur primâ facie uxorem id prohibere posse; eum enim, qui venandi causa fundum meum ingreditur, prohibere possum. §. Fere igitur 12. Inst. derer. divis. Sed contrarium verius est; cum fundus ille, ubi maritus pulices venatur, non tam sit uxor, quam mariti sit: ex. Biblicis. Es ist des Mannes Haußwiese und Ackerwerck. Fructus autem fundi, interalia, etiam consistit in venatione & aucupio: l. 9. §. 5. l. 6. 2 ff. de usfr. Hahn. ad Wes. de acq. rer. dom. num. 7. ad verb. in fructu.

Ques. XXXIV. Per quæstionem precedentem alias affinis admoneor, quæ pena & bipenni. est agitata. Vasallus Titius, in aula Seji domini directi, causâ officii versabatur, dum post prandium cum uxore domini confabulatur absente Domino, & circa Parnassum bicipitem non Mosis, sed Veneri sacratum, hoc est, mammillas sororiantes cupidinemque undiq; spirantes, pulicem capit & necat; Dominus per famulos id resuscens, quasi ob cucurbitationem, Titium ex Zelotrypia feudo privare volebat, quasitum cuius suspetias ferre? Anceps erat quæstio, in qua decidenda, tot erant crabrones, quod JCTorum cerebra. Urgebat Titium, quod Iusus cum conjugi Domini impudicus lascivaque contrectatio æqualem cum ipsa cucurbitatione seu concubitu mereatur poenam: Rosenth. de Feud. c. 10. concl. 28. n. 3. & seqq. Sonsbeck. per 12. n. 24. etiamque consensus uxor accesserit; Schrad.

p. 9.c.2 n.19. Alii tamen constulti, quas bewegenden Ursachen/ id est, ob pingue honorarium in contraria omnia ibant, & prout J Ctorum genus est rixosum, & in jure & in facto Domini assertum negabant fundatum, pulicem non circa maxillas, sed circa maxillam aut collum captum. Famulos domini non esse testes omni exceptione majores. Maleficia distingvere animum Titium ex impudicitia eam non attractasse: nec id in dubio præsumit: nihilominus eum ad præscriptum juris feudalium cum duodecim sacramentis aliis desuper juraturum. Tum etiam extatis pro eo præsumptionem militare; esse quippe testibus capillis albis octogenario majorem: Wann es aber auf den Bergen weiß gereift hat / so ist es im Grunde gar kalt. Potius eum remunerandum, quam puniendum, defendisse quippe uxorem domini contra hostem, ut intestinum sic eò formidabilem: & sic fatus esset officio probae moneta Vasalli: qui dominum suosque, contra omnes hostes, exceptis Imperatore & Papa defendere cogitur. Hæc vanè disputabantur, und wo die Feder von einem Schu nicht langen wolle / da muß es die von 14. Schuhen thun. Non nostrum inter vos tantas componere lites! Tatius tamen faciet Vatallus, si manus abstinentes servet: Hand von den Trauben! Noli me tangere!

*Qu.* XXXV. An ob damnum à pulice uxoris datum v. g. marito, uxor teneatur in dubium vocari posse? Omnino: si enim culpa uxoris maritus famelicæ nationis mortibus laceretur, actio legis aquilia utilis parata est. *ult. C. ad leg. aqu.* sin dolo, ad exhibendum sc. sanguineum agitur; *l.9. §.1. ff. ad exhib. Struv. Ex. 14. tb. 5.* quam quia uxor reddere nequit, juratur contra eam in item *l.5. C. d. 1. l. 3. §. 2. l. 5. §. 2. ff. de in lit. jur. §. 3. Inst. de off. jud.* Si vero dolus & culpa absint, datur agio de pastu, ut aestimationem, vel pulicem ipsum det uxor *l.1. 4. §. fin. de præf. verb.*

*Qu.* XXXVI. Reformidantibus nunc humeris Marpesia cautus molem colossum intueor! Aqua mihi hæret in re ex fonte Hammonis petenda! Quæstio sci- licet de simplici & plano non tractanda, tot in sidiosis laqueis involuta, & ut brevis sim, sanctione Imperatoria agens, nunc sese exhibet: anne pulex pena capitali ob mortuum possit affici? Et ante omnia sciendum est, ipsam læsam mulierem judicem delicti non esse posse, cum nemo in sua causa jus dicere possit *l. 10. ff. de J. dig. t. t. C. ne quis in sua caus. jus dic. Gail. 1. O. 39.* nisi ubi cessat judicium momentaneum aut continuè, vide Grotium de J. B. & P. lib. 1. c. 3. n. 2 præsertim ve- rò iratus omni poena abstinere debet: Eleganter Seneca de ira *lib. 3. cap. 12. Ma-* ximum, inquit, remedium iræ dilatio est, ut primus ejus fervor relangueret, & caligo que premi mentem, aut residat aut minus densa sit. Non potuit impetrare Plato à se tempus, cum servo suo trasferretur, sed ponere illum statim tunicam prebere scapulas verberibus iussit, sua manu ipse percussurus. Postquam intellectus irasci se, sicut suspulerat, manum suspensam detinebat, & stabat percussuro similis. Interrogatus de-

Ende ab amico, qui forè intervenerat; quid agere? Exigo, inquit, pœnas ab homine  
iracundo: velut stupens gestum illum, deformem sapienti viro servabat, oblitus jan-  
servi, quia alium, quem potius castigare, invenerat: Itaq; absulit sibi in suos potestas-  
tem, & ob peccatum quoddam commotior. Tu, inquit, Speusippe servulum ipsum ver-  
beribus objurga: Nam ego irascor. Ob hoc non cecidit, propter quod alius cecidisset,  
inascor, inquit, plus faciam quād oportet: Libentius faciam: non sit iste servus in ejus  
potestate, qui in sua non est. Aliquis vult inato committi ultionem, cum Plato sibi ipsi  
imperium abrogaverit. Nihil tibi licet, dum inscris, quare? quia vis omnia licet.  
Hactenus Seneca. Secundo tamen putem; lœsa puella licere pulicem levius ca-  
stigate, v. galhn braf mit den Fingern rüblen/zum Fenster hinaus werffen/ ei-  
nen Zahn ausbrechen/einen Fuß abschneiden/&c. cum domino licet etiam ser-  
vum hominem sine saevitia castigare, apprehendere, in vincula vel pistillum dze-  
re: Struv. Exero. 3, lib. 31, Grotius lib. 3, c. 14. toro. Item ad tempus relegare. l. 35. S. 3, ff. de hered. infit. Sic & mulier seu uxor (per anagr. orcus) pulicem fugientem  
propria autoritate potest capere. Bonac. q. 234. de Famulis. Tertiò statuimus,  
planè iustitia esse, ut pulex necetur; non qualcum stoicis credamus, paria esse  
delicta, si quis patrem suum, & si quis gallum gallinaceum occidat; sed i. quia  
pulex, utpote ex fame peccans, mitius est puniendus: Ord. Crim. art. 166. ubi Dd.  
Dn. Tabor Racem. crim. 3. addit. 3. de furt. 36. Carpz. Crim. p. 2. q. 83. n. 43. &c. Et  
2. nulla est proportio inter pœnam & delictum, inter sanguinis guttulam &  
mortem; rectè Ovvenus l. 1. epig. 35.

Tu morsu me ledis egoque tibi infero mortem:

Est tua culpa levis, non nego, pœna gravis.

Hinc 3. nec pulici in jure divino aut humano pœna capitalis est dictata: Quod  
verò jus non cantat, nec nos cantare debemus. Accedit 4. quod in dubio benigni-  
or sententia sit sequenda, quemadmodum eleganter traditur in l. 11. ff. de pœnis.  
ut adeò, etiam si capitalis pœna legeretur statuta; id tamen de ultimo supplicio  
exaudiri non deberet: pœna enim capitalis simpliciter posita, non de ultimo  
supplicio, sed de mitiore pœna, velut de deportatione est intelligenda: Beust. ad  
Ladmonendi. 1. ff. dejurej. p. 763. post Jason. & Imolam; qui hoc mente tenendum  
ait, posset enim quis secundum hanc doctrinam lucrat unam bonam vestem, quia  
ubi periculum est vita, ibi currunt advocati. Deniq; 5. pulex est caro & sanguis mu-  
lieris, & quasi membrum; at nemo est dominus membrorum suorum per ur. not.

Utut verò hæc opinio in punto juris sit verissima, praxis tamen aliter servat,  
& generali ferè totius mundi consuetudine miseri pulices in flagranti criminis  
deprehensi inauditi & indefensi sine strepitu processus, brevi manu ab ipsis lœsis  
phalarideâ tyrannide trucidantur, adeò ut mense Augusto quædam puella 6. mille-  
uno die occiderit. Et certat cum crudelitate nequitia: per jocum enim agoniz-  
zantibus

¶ 21. ¶

zantibus accinere solent. Et habet dān keine Rass noch Kuh/ich drück die Bamr  
die Augen zu. Debaud du must sie ben. Multum fateor licet viventibus in iis,  
in corpus puerarum sed crudelitas fati prohibet, quo minus felices dicam: Ut a-  
deonon male mutato nomine de iis narretur, quod ait Seneca ep. 4. Neminem  
eō fortuna proverxit, ut non tantum illi miraretur, quantum permittit: noli huic tran-  
quillitati confidere momento; māre vertitur, eodem die, ubi navigia lusero sorbentur.  
Pertinet hoc epitaphium, quod polici à Virgine A. C. W. necato cūdimus:  
*Felicem me terra tegit, mibi namq[ue] licebat Elysius patuit campus: felicior alter*  
*Vates Æneas, quod licuisse ferunt*

*Exit ille: mihi, res fuit exitio.*

Prout autem, ut omne ulcus medium, Ita omnis causa patronum invenit, sic non  
desunt argumenta & colores, quibus speciem sibi ementiri cupit pulicidium r.  
quod in toto mundo ita practicetur; consuetudinem verò juris speciem esse §. 9.  
*Inst. de jur. nat. gent. & civ.*, vel in illicitis excusare arg. c. obicitur. XXXII. q. 4.  
Secundò, quod is, qui cum telo ambulat, necari solet ex lege Cornelia §. 5. *Inst. de*  
*publ. judic.* at pulices semper ambulare, nisi dem Epieß in der Hand. Tertiò,  
quod latro publicus & nocturnus, populatorq[ue]; (ut palex) etiam nil damni dans,  
impunè à quovis possit occidi. *l. 1. l. 2. C. quand. lie. unic. fin. jud. l. 4. C. ad leg. Cor.*  
*de sic. Dn. Struv. de Vind. Priv. cap. 3. aph. 5. & 6.* Quartò, quod crescentibus de-  
lictis pulicis, & poena crescere debeat. *l. 16. in fin. l. 28. §. 10. ff. de penis l. 1. ff. de abig.*

Verum enim verò hæ rationes tanti momenti non sunt, ut nos à priori opinione  
abstrahere valeant; nam quoad primam: non videndum est, quid Romæ si-  
at, sed quid fieri debeat. *l. 12. ff. de offic. prefid.* Non exemplis, sed legibus est judican-  
dum. Nec ecclesia credimus quia cana; sed quia sana. Tritissima, ait Seneca de Vi-  
ta beat. §. 1. & 2. quæque via & celeberrima maximè decipit. Nihil ergo magis  
præstandum est, quam ne pecorum ritu sequamur antecedentium gregem per-  
gentes non quæ eundem est, sed quæ iurit: &c. &c. &c. elegantissima. Consuetudo  
debet esse rationabilis. *l. 39. ff. de reg. l. 2. C. quæ sit long. consv.* Oppositus ex jure ca-  
nonico textus loquitur de iis, quæ mero Jure positivo illicita sunt, & de delictis  
levioribus: Scot. in Exam. p. r. q. m. 127. nam delicta atrociora non merentur ve-  
niam, etiamsi ea omnes gentes facerent, ait Augustinus juxta C. flagitia  
XXXII. q. 7.

Secundum & tertium adversariorum argumentum una fidelia dealbabimus,  
respondentes pulicem vita hominis plane non insidiari, sed hominem ita amare:  
dās er ihm vor Lieb freßen möge. Tum etiam tenue est datum, quod pulex  
dat; minimaque non curat prætor.

Quarum telum septemplici velut Turni clypeo averteretur, si dicamus tex-  
tum i. non loqui de abusu. Vide tamen Menoch. de pref. lib. 4. t. 8. 3. n. 6. q. 2. eum  
de rebus inanimatis loqui exaudiendum; non de animatis, de quibus dicitur in

Sacra Scriptura; der Gerechte erwärmet sich über sein Vieh; aber das Herz der Gottlosen ist unbarmherzig / Prov. c.XII. v.10. Et 3. sciendum eriam leges moderari illud arbitrium: arg. §. ult. Inst. de his qui sive vel alien. juris sunt.

Ultimum argumentum (1) sequitur de animalibus rationabbus (2) non præcisè evincit pulices esse necandos. Et 3. etiam in dubium vocari posset, ad pullex quærenta alimenta necessaria , aliquid , tantæ exasperatione dignum committat. Certe de vento nemo vivit : lib. ult. C. de alim. pup. præf.

Qv. XXXVII. Quid si pulex semel dimissus capiatur? & cum delicti repetitio delictum aggravet arg. l.28. §.3. ff. de panis. Ordin. Crimin. art 257. & seqq. omnino gravius est puniendus nebulo, adeò ut utræque manus ei sit amputanda. Sic & poena exasperanda, si animalculum in conspectum honestorum virorum preparat, an samque vexandi puellam det. arg. §. Atrox Inst. de injur. verb. vel in foro, vel in conspectu Pretoris. Quæ omnia diseretus Judex pro sua dexteritate æstimabit.

Qv. XXXVIII. An ergo pulici advocatus permitti debet re in judicium deducere dubitare quis possit. Et illi, qui ex pulice camelum faciunt, hoc est atrocis delicti pulicem reum credunt, hand dubiè id negabunt, parastrata Paride de puteo, qui in Tr. de Syndic. Rubr. de Advoc. exc. n.13. persuadere satagit, judicem insignibus furibus & latronibus publicis non debere concedere advocationem. Nos verò, cum delictum pulicis æqua lance ponderemus, & tantum quantum fingitur non credamus omnino, ei advocationem dandum censemus, cum rei præsertim criminis capitalis, vel maximè advocationem sit dandus, etiam si nolit: vide Rodriq. cas. conf. T. l. c.m.3. Carpz. Pr. Crim. p. 3. q. 105. ubi hand dubie ad pulices respicit.

Qv. XXXIX. Stante communi praxi, quod pulex deprehensus in ipso facta, statim possit occidi, quæritur, an ille alio modo, quam ungvæ impresso, v. gr. vivi-comburio, mesfione in matulam, vel transfixione per acum possit puniri? Et magis est, quod non cum in penis capitalibus à solita poena ne quidem latum ungvem sit abeundum, per elegantem textum in l.3. §.4 ff. de panis. ubi addas Brunnen. n.1. Et qui Imperatores aut Reges hoc nomine infames sint, tradit Wendel. in Polit. l.2. c.13. th.7. §.1. Religiosiores erant Massilienses, de quibus Valer. Max. l.2. c.6. A condita (scribit) urbe gladius est ibi, quo noxiū jugulantur; rubigine quidem exesus. & vix sufficiens ministerio, sed index in minimis quog, rebus omnia antiqua consuetudinis momenta servanda.

Qv. XL. An in templo pulex possit occidi à puella? rogatus sum. Et prœcul dubio affirmabit Agesilaus, qui inter sacrificandum tale animal repertum necidabat adjiciens: *infidator vel in ipsa am occidendum.* Sed verior est negativa opinio 1. ex jure divino, quia distrahuntur cogitationes à sacris. 2. jure gentium, quia bi loc. Sac. §.8. Inst. dir. 3. ex jure divino, gentium, & civili, quia ibi saltem asyli ure frueretur pulex. Facit quod rixantes in templo grayiter puniantur. Carpz. Jp. Con-

23

Jp. Consult, lib. 3. def. 96. præsertim si à verbis ad verbera deventum; Idem d. l. df. 97.

Qv. XLI. Quòd si plures pulices uno actu coperit fœmina, an omnes ad generum Cereris sunt mittendi? Crudele hoc certè est: & rectè Cicero pro Cluentio ait: Statuerunt majores nostri, ut si multis esset flagitium, rei militaris admixtum fortitione in quosdam animadverteretur, ut videlicet metus ad omnes, pena ad paucos perveniret. Et Seneca l. 2. de ira c. 10. In singulos, ait, severitas Imperatoris disfringitur, at necessaria venia est, ubi totus deseruit exercitus. Dicto ergo casu, aut fortitione erit locus; aut casus erit pro amico, cui velis gratificari. Pingvior tamen ob præsumptionem consuetudinis erit mactandus. arg. l. 3. §. 12. ff. de milit. l. 5. pr. & §. 6. ff. eod.

Qvæst. XLII. Juvenis ex lascivia, puellæ pulicem captum manibus excusit, quæ pena erit infligenda? Et constat ex latifundiis juridicis, responsumque ita à Facultate juris H. eum actione in factum teneri; prout ille tenuerit, qui misericordia ductus alienum solvit, ut fugeret; s. ult. in fin. Inst. de leg. aqu. Si tamen pulicem ad judicem deducendum quis exemerit, eum ex edicto prætoris, ne quis eum qui in jus vocabitur, vi eximat, interdum, & lege Juliae majestatis convenienter quis putare posse, qua de re latius differit Thoming. decis. XV. adde Hahn ad Weseb. Né quis cumque in jus voc. &c. n. v. Wissen. p. 2. disp. 34. th. 8.

Qvæst. XLIII. Quid si judex de vulnere per pulicem accusatum, puellæ facto dubiter? Et cum de occultis nec Paulus Apostolus, nec Paulus Juris Consultus judicare possit aut debeat; puellæ vero in propria causa in necem tertii credere res pestinii sit exempli, omnino ex titulo de ventre insciendo (qui titulus ut de media hominis parte agit; sic medius est non solum lib. 25. ff. sed &c. in totius operis ff.) erit agendum. Et ad eam rem Notarius cum testiculis seu testibus erit ablegandus. Quod si ille forte amore puellæ, fallat judicem in quantitate & qualitate vulneris, actione utili ex dicto, si mensuram falsum modum dixerit, tenebitur: l. 3. §. 4. l. §. ult. l. 6. l. ff. si mensa falsa mod. dix. Hahn. d. t. num. 4.

Qvæst. XLIV. Cum pulices juxta Nasonem, sint amara lues iniuncta pueris; in foro conscientiae, quæri posset anno ad fugiendos eos liceat adhibere amuleta se *Phylacteria*? Et nisi superstitionis sint, annuimus: prout enim licet medicamenta adhibere v. g. pulegio uti; sic & licebit ein Stück von einer Wolfs Haut anhangen / item 6. Flöh su auf Michaelis gefangen/in den linken Strumpf bey sich tragen: & alia feminis notiora. Notabile est, quod celeberrimus Scaliger tradit lib. XV. ex. 303. num. 4. quæque fumo

Q 866 24. 22

fumo abigi animalia, si cotaburantur quædam sui generis. Fluit ergo ex his, pulices excantamentis abigi non posse: arg. l. 1. §. 3. ff. de extraord. cogn. ubi ita Ulpianus: non tamen sc. medicus est dicendus) si incantavit, si imprecatus est, si (ut vulgari verbo impostorum utar) exorcizavit: non sunt ista medicinae genera; tamen sint, qui hos sibi profuisse, cum predicatione affirment. Adde Imp. Leonis Nov. LXV. Cubi graviter de incantamentis differit & de pœna Carpz. pr. Cr. p. 1. q. 50. & 54. item Jpr. For. part. 4. consl. 2. def. 7. Adde Dn. Schröter. cas. consl. 30. cuij. lib. 27. Obs. cap. 17.

*Ques.* XLV. An vero amuletis licitis & illa sint annumeranda, ubi bestiolæ pungentes in vicini ædes fugantur, questionis est non satis expeditæ? jurarem ego mihi (ut Pontifici m. cap. 18. X. de decim.) non liquere. Hoc tamen videtur! argumentis ex l. 24. §. ult. l. 26. ff. de dann. insest. l. 21. ff. de ag. pub. deductis, item esse decidandam. Et proximum quemque sibi esse considerandum est, ordinatamque charitatem à se ipsa incipere. Atque sibi imputet vicinus, cur non similia adhibeat ad depellendos pulices: So kämen endlich die Flöh alle an des Teuffels Mutter. Das wäre eine herrliche Sache.

*Ques.* XLVI. Quid ergo de Remedio Pontificio exorcismi sensendum, per quod fugantur pulices: quale tradit Barth. Chassan. Consil. I. n. 124. hac formula. *Adjuro vos mures, limaces, vermes (pulices) & omnia animalia immunda, alimenta hominum dissipantia & corrodentia hoc in territorio (sc. Heduensi in Gallia) & parochinatu existentia, ut à dicto territorio & parochia discedatis, & ad loca accedatis, in quibus nulli nocere possitis, in nomine Patris, Fili, & Spiritus Sancti Amen.* Quale est simile excommunicationis remedium, quod ille ipse Ictus d. i. contra passeres ecclesiam fædantes & divinum officium impedientes, tradit. Nos talia media fugandi non approbamus: licet enim prima ecclesia donum miraculorum habuerit, ut ex Marco c. 10. patet, ubi fugati sunt serpentes: id tamen hodie desit: unde Augustinus: *Quisquis hodie adhuc querit prodigium? Vide Wen-* del. Theol. l. 1 c. 24, ib. 4. §. 2. in fine. *Sed Hic terminalia sunt.*




Pon TIC 1866 a

**ULB Halle**  
002 412 217

3







II 705.

OPIZII JOCOSERII,  
Juris Utriusque Licentiati & Practici  
Veronensis,

**DISSERTATIO JURIDICA,  
DE  
EO, QUOD JUSTUM  
EST CIRCA SPIRITUS FA-  
MILIARES FOEMINARUM,**

Hoc est,  
**PULICES,**

Quæstionibus Theoretico-Practicis rarioribus ad:  
ornata, variis Variorum Dicasteriorum præjudiciis aucta,  
rationibus tñm dubitandi, quæm decidendi amplifi-  
cata, Facultatum celeberrimarum responsis so-  
lidissimis firmata, & ex principiis tñm Ju-  
ridicis, quæm Moralibus  
de prompta.

Omnibus Doctoribus, Judicibus, causarum Patro-  
nis & Studiosis aliisque in foro, Scholis ac  
gynæco versantibus, perutilis  
ac necessaria.

MARPURGI,  
ANNO M. DCCIV.

